





1717, 21  
24287  
**FACULTATIS JURIDICÆ<sup>26</sup>  
DECANUS,  
ERNESTUS  
TENZELL,  
J. U. D.**

CONSILIARIUS REGIMINIS ELECT. JUDICII  
PROVINCIALIS ERFURTENSIS ASSES-  
SOR, CIVITATIS CONSUL  
PRIMARIUS, ET REL.

L. B. S.

ERFORDIÆ,  
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII,  
ACAD. TYPOGR.

*de obligatione civitatis per permianum  
mutuam.*

EVOCATATIS IURIDICAE  
DECANUS  
ERINVESTIT  
LUDV.

CONSILARIUS REGMINIS DEC. IUDICI  
CONVENTUS HENRICI CONSERVATOR  
COTERIAE CONSUETUDINIS ABBEY  
TRINITATIS ET REL.

2. 1. 1

EX LIBRIS  
Tunc hinc HENRICI GLOSSCHII  
ACAD. FRANC.

**D**um Bodinus de Republ. Lib. 1. cap. 1. Rempu-  
 blicam definit, quod sit familiarum, re-  
 rumque inter ipsas communium, summa  
 potestate ac ratione moderata multitu-  
 do; sine dubio illam non in generalio-  
 ri, sed specialiori significatu concipit, quatenus o-  
 mnes unius Civitatis subditos, nexus quodam junctos  
 comprehendit. Quemadmodum in l. *Bona Civitatis* 15.  
 & seq. ff. de V. S. notatur: *bona Civitatis ab usque publica di-*  
*zia, cum sola ea publica sint, que Populi Romani sunt, &*  
*Civitates privatorum loco habeantur;* Sed vix tamen opus  
 erat, Autorem istum reprehendere *ibid.* n. 3. hâc in re  
*Ciceronis ac Aristotelis* sententiam, quod Republicas ap-  
 pelleraverint: *hominum cætus, benè beatèque vivendi causa*  
*sociatos.* Sic quippe in latiori significatu & talem multi-  
 tudinem, quæ subordinata potestate regitur, Reipubli-  
 cæ, vel Civitatis appellatione venire, quis dubitabit?  
 Cum Civitas etiam pro suburbibus, Territorii, ac  
 districtibus Civitati adhærentibus, accipiatur notante  
 Zahn. Ichnogr. Municip. cap. 1. n. 8. ex Abb. consil. 52. n. 6.  
 alleg. ad hoc l. qui in continentibus 147. ff. de V. S. Sic &  
 speciali, quodam significatu (generaliori tamen quam  
 prout à Bodino definita) in l. Qui ex vico 30. ff. ad Mu-  
 nicip. dicitur: *qui ex vico ortus est, eam Patriam intelligitur*  
*habere, cui Reipublicæ ille vicus respondet.* Domicilium igitur  
 originis & forum ibidem quis consequitur, secundum  
 ius Romanum; ut adeò non intelligatur per Rempubli-  
 cam ibidem Populus Romanus, cum domicilium origi-  
 nis

nis ibi fundetur, ubi Pater legitimus Civis fuerit. l. 6.  
pr. & §§. seqq. ff. ad Municip. Ut adeò in d. l. 15. & seq. ff.  
de V. S. Civitas pro Municipio accipiatur, & privata  
esse dicatur, respectu Civitatis Romanæ, vid. Hilius in  
Don. Lib. 4. Z. 4. lit. a. Vel in iis, quæ Majestatis jura,  
& Imperium summum concernunt, secund. Gædd. ib.  
alleg. Licet enim apud Romanos Caput omnium Civi-  
tatum, Roma, illud habuerit præcipuum, quod com-  
munis Patria, & ibidem forum domicilii commune  
fundatum fuerit; v. l. 33. ff. ad munic. l. 2. §. 3. seqq. l. 24. ff.  
de Judic. tamen apud Romanos etiam Civitates in tres  
ordines distinctas fuisse, notat Modestinus in l. 6. §. 2. ff.  
de excus. Tut. (1.) Metropoles, quæ maximæ appellan-  
tur, & sunt matres, ac capita Provinciarum, l. 7. pr. ff. de  
effic. procons. l. un. C. de Metropol. Beryto. Ubi hoc nomi-  
ne, & dignitate, Civitatem Berytum exornarunt Im-  
peratores Theodosius, & Valentinianus. (2.) Majores,  
quæ omnes habent forum causarum, & locum judicio-  
rum, i. e. Prætorium, ubi præses jus dicebat. (3.) Mi-  
nores, quæ nullum forum habebant, hisque, qui jus  
dicebant, carebant; Et hasminus propriæ Civitates di-  
etas notat Guido Panciroli lib. 2. thesaur. var. let. c. 255.  
& 154. Jam cum in famosâ illa L. Civitas 27. ff. de reb.  
cred. statutum sit: Civitatem mutui datione obligari posse, si  
ad utilitatem ejus pecunia versa sit, atioquin ipsi soli, qui con-  
traxerunt, non Civitas obligabuntur. Dubio procul Ulpia-  
nus, indefinitè, & generaliter locutus, omne Civitatis  
genus, sive sint maximæ, sive majores, sive minores,  
intellectum voluit, ita, ut quæ in hâc lege constituta  
sunt, locum habeant non tantum in antiqua, ut & no-  
vâ Româ seu Constantinopoli, Sed etiam in municipiis,  
l. 7. ff. quod cujusque univers. arg. l. 4. ff. de vi  
&

287

& vi arm. vid. Lauterb. in Disp. ad d. l. 27. ff.  
de reb. cred. cap. 3. §. 1. Sed an quæ in sequ. §. 2.  
disputat de pagis, magni nominis olim iste JCtus, an  
& illi hujus Legis constitutionem pro se allegare possint?  
dubio vix caret. Distinguere enim Conatur inter pa-  
gos Wirtembergicos, & Saxonicos. illos cum suos habeant  
Scultetus Consules ac Scabinos qui aliquam Jurisdictionis  
speciem exercent, & de causis Civilibus jus dicant, om-  
nino cum civibus in Civitate degentibus fere communi-  
uti jure; quod tamen secus sit in Saxonis, ubi Sculte-  
ti in Pagis nullam omnino habeant Jurisdictionem, sed  
sint nudi ministri eorum, quibus Jurisdictione competat,  
nec Rusticis & incolis in Pagis cerevisiam coquere ac  
vendere, aliaque civium commercia exercere per-  
missum. Sed ut taceam id, quod de pagis Wirtembergi-  
cos, æque ac de Saxonis ibidem assertum, vix uni-  
versaliter experientiâ teste, procedere, cum nec in  
Ducatu Wirtemb. pagi æquales sint, & in Saxonia pagi  
inveniantur non pauci, ubi Sculteti & Scabini quandam  
exercent jurisdictionem ruralem, ut ut dependentur ac  
subordinatè à jurisdictione superiori; vix etiam est, ut  
rationem dispositionis alleg. L. in exercitio jurisdictionis  
cujusdam ponamus, cum alias nec minores illæ civita-  
tes, tertiae classis, quibus forum denegavit  
ipse B. Autor. participes forent dispositionis d. l. qui-  
bus tamen idem minimè denegat. Alia proinde ratio  
dispositionis istius legis quærenda; quæ certè non alia  
est, quam quod Civitas, confociationem plurium fami-  
iliarum simul degentium ad commune bonum promo-  
vendum, & sic quoddam corpus intellectu carens s. U-  
niversitatem, significans, non ita sicut cives singuli con-  
trahere possit, sed qui cum civitate contrahit, cautus esse  
debeat.

X 3

debeat. vid. ipse Lauterb. d. disp. C. 3. §. 7. Et an non pagi etiam sunt tales Universitates? Nonne & alias Civitates & illa, quae continentia sunt & sic teritoria & vicos comprehendunt per alleg. supra l. 147, de v. s. l. 30 ff. ad municip. Noñe etiam ad omnes Universitates ea quæ de restitutione minorum sancta sunt in Tit. ff. de minor. certâ ratione extendunt Dd. vid. Lauterb. in comp. ib. circâ fin. Et si vel ipsam dispositionem d. l. respiciamus, nil est quod obstat, quò minus illam pagis quoque applicemus. Civitates sane contrahere posse, satis clare dispositum est in l. 15. ff. de Scto Maced. Nec aliud in saepius alleg. l. Civitas, statutum ratione mutui; Sed id tantum dicit lex ita, quod qui Civitati mutuam credidit pecuniam, illam tunc habeat obligatam, si pecunia in ejus utilitatem versa, alioquin ipsos solos qui contraxerunt, non civitatem obligari. Cujus tamen sensus non est, quasi Civitas plane non obligetur absque probatione versionis in ejus utilitatem, cum certe aliud statuendum, ubi ipsa civitas vel per illos, penes quos est regimen totius civitatis, & qui universum populum repræsentant pro diversitate Civitatum, modo per consules & senatores solum, modo adhibitis simul tribunis plebis, secundum cujusque loci consuetudinem; Vel convocatis more usitato omnibus civibus pecuniam mutuam accepit; ita ut his casibus h. legis beneficium cesset, uti optimè Lauterb. d. Disp. c. 3. §. 9. seqq. deducit. ut adeo sensus illius L. hic sit: quod quando administratores Civitatis, quibus quidem rerum civitatis administratio, & cura mandata est, qui tamen totam universitatem non repræsentant, nec speciale ad mutuum contrahendum, mandatum habeant, pecuniam mutuam acceperint, civitas non aliter, quam siversio in utilitatem ipsius probata, obligetur, alioquin solum ipsos

287

ipsos quibus pecunia numerata teneri. Quod tamen quo-  
modo intelligendum, idem Lauterb. d.l. explicat, cum ad-  
ministratores illi, qui nomine civitatis, non proprio, pe-  
cuniā acceperunt, finito officio liberentur. Quare  
autem omnia hæc ad pagos etiam applicari non possint,  
vix aliqua sufficiens videtur suadere ratio. Pluribus de  
hisce in lectione cursoria ad d. L. Civitas 27. ff. de reb. Cred.  
tractabit NOBILIS ET CLARISSIMUS D.N.

## JOANNES CHRISTOPHOR. SENFFIUS, SANGERHUSA-THURINGUS,

De cuius natalibus & studiorum cursu ex more recepto nunc  
quædam dicenda. Natus est Candidatus ille anno 1692. Die 21.  
Octobris in civitate Sangerhusa, honestissimis Parentibus, Patre  
Domino JOHANNE JACOBO SENFFIO Ferraria officinæ,  
non procul ab urbe sitæ, Factore, nec non Camerario dictæ civi-  
tatis Sangerhusa olim constituto, & Matre DOROTHEA HE-  
DEWIG, è Familia Wenbergensi suam originem trahente. Pri-  
ma Parenrum cura fuit, ut filio pietatis & religionis capita in-  
fillarentur; post, cum animum non minus prouum quam aptum  
ad studia humaniora esse viderint, ad Scholam publicam Sangerhusa  
florentem, eum miserunt, datum curæ primum Dn. Con-Rectoris  
Kefferhausen jam pie defuncti, deinde Amplissimi Domini Rectoris  
M. Joannis Laurentii Schneideleri, Viri in studiis Theologicis & hu-  
manioribus versatissimi, qvorum, tam Rectoris quam Con-  
Rectoris fideli informatione, per novem fermè amos usus est.  
Crescentibus annis, Schola Sangerhusana anno 1709. relicta, Scho-  
lam Eleitoralem ad Salam vergentem, quæ Porta dicitur, adiit,  
in qua quinque annis, & qvod excurrit, animum detinuit studiis,  
& felicem se fuisse hic declarat, qui tam fideles nactus fuerit  
Magistros: Horum omnium primum laudat Dn. M. Hartmann  
num Rectorem tunc hujus Gymnasii eruditio florentissimum,  
jam pie demortuum. Silento qvoq; venon prætereuudos esse pu-  
tat Viros Clarissimos Dn. Con-Rectorem Hederum, Tertium, Dn.  
Magistrum Schrammum, Dn. Cantorem Majum, & sextum Col-  
legam extraordinarium Dn. Magistrum Weidnerum, qvibus omni-  
bus

bus multum se debere egregie fatetur. Scholaſticiſ absolutoſ ſtudiis, Jenam ſe contulit, ibique anno 1714. Die IX. M. Aprilis à Praecell. Viro Dn. M. Syrbio, Philosophiaꝝ primæ & rationaliſ Profeſſore Publico ordinario, in numeruſ civium Academicoruſ receptuſ eſt. In qva Univerſitate per annum tantuſ Doctoruſ Collegiuſ fedulō inter fuſt, & inprimis Dn. Gerhardum, J. U. & Philosophiaꝝ Doct. Philosophica, juſque Naturæ explicanteſ, deinde Dn. Doct. Dietmar inſtitutiones Justin. exponente, tum Dn. D. Hartmannum, Struvii Jurisprudentiam, tandem Consultiſ Dn. D. Brücknerum JCtum & Profeſſorem Juris Celeberrimum, publica Collegia prælegenteſ, omni auſcultavit ſtudio. Jen. abiit Lipſiam, ibique anno M. D. ccxv. Die 25. Mensis Maji per Dn. D. Joannem Burcbardum Menckeniuſ, Conſil. Reg. & Hiſto-riarum P. P. albo ſtudioruſ inſertuſ eſt. In hac Academia per duos commoratuſ annos, Collegia frequentavit fedulō Dn. Käſneri J. U. Licentiati, curſum juridicum pertračtantis, & Dn. D. Schacheri, Curiaꝝ Provinc. & Facult. Jurid. Aſſessoris graviff. Pandectaſ, juſ feudale, & Constitutionem Carolinam, publice explicantiſ. Nec non JCti Meritiſimi Dn. D. Luderis Menckenii, Conſil. Reg. & ordinarii in Facultate Jurid. juſ Cano-nicuſ publice exponentiſ. Ab hiſ Muſis ad Lares Patrios re-dit, & ibi praxi cum Theoria conjuxit. Nunc nomen apud Facultatem noſtram profeſſuſ, modeſte petuit, inter ſupremo-rum honoruſ Candidatoſ ut recipiſeretur, ad conſveta Candida-toruſ examina priuſ admissuſ. Desiderio annuimus transmiſiuſque textuſ ex utroqve juſe elaborandoſ, termino ſimul ad iſipmuſ exameп präfixo. Exploratiſ igitur iſipiuſ in juſe profeſſi-bus, Cathedram publicam iſipi aperiuimus; Quare Lectionem priuum cursoriam ad d. Leg. Civitas 27. ff. de R. Cr. quam ſibi ſumfit, explicandam, & hac finita Disputationem Inauguralem de IMPENSIS: Die proximo C. 24. b. Maji A. D! horis locoqve conſvetis habebit. Ad qvos actuſ ſolennes omnes Univerſitatē Noſtrę Proceres, ac cives, eā quā per eſt obſervantia, ac hu-manitate invitantur. Publicatum ſub Sigillo Facult. ipſo; SS. Trinit. Festo d. 23. Maji, Anno 1717.

(L. S.)





Erfurt, Diss., 1717




f

TA→OC

nur 2 u. 4 bisher verknüpft



B.I.G.



1717.21  
24286

FACULTATIS JURIDICÆ<sup>26</sup>  
DECANUS,  
**ERNESTUS**  
**TENZELL,**  
J. U. D.

CONSILIARIUS REGIMINIS ELECT. JUDICII  
PROVINCIALIS ERFURTENSIS ASSES-  
SOR, CIVITATIS CONSUL  
PRIMARIUS, ET REL.

L. B. S.

ERFORDIAE,  
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII,  
ACAD. TYPOGR.

*de obligatione civitatis per permianum  
mutuam.*

